

**tantum ex omni Romano exercitu refugerunt, quingenti cum**  
 exercitu Romano refugerunt duo milia tantum, quingenti cum  
*l'esercito Romano scamparono due mila soltanto, cinquecento col*

**imperatore Regulo capti sunt, triginta milia occisa, Regulus ipse**  
 imperatore Regulo sunt capti, triginta milia occisa, ipse Regulus  
*generale Regolo furono presi, trentamila uccisi, lo stesso Regolo.*

**in catenas coniectus.**

coniectus in catenas.  
*posto in catene.*

**XXII. M. Aemilio Paulo Ser. Fulvio Nobiliore consulibus ambo**  
 Consulibus M. Aemilio Paulo Ser. Fulvio Nobiliore ambo  
*Essendo consoli M. Emilio Paolo e Ser. Fulvio Nobiliore ambedue*

**Romani consules ad Africam profecti sunt cum trecentarum navium**  
 consules Romani profecti sunt ad Africam cum classe trecentarum  
*i consoli Romani partirono per l'Africa con una flotta di trecento*

**classe. Primum Afros navali certamine superant. Aemilius consul**  
 navium. Primum superant Afros certamine navali. Consul Aemilius  
*navi. Dapprima vincono gli Africani in battaglia navale. Il console Emilio*

**centum et quattuor naves hostium demersit, triginta cum pugnato-**  
 demersit centum et quattuor naves hostium, triginta cepit cum  
*affondò centoquattro navi dei nemici, trenta ne prese con*

**ribus cepit, quindecim milia hostium aut occidit aut cepit, militem**  
 pugnatoribus, quindecim milia hostium aut occidit aut cepit, ditavit  
*le ciurme, quindicimila nemici o uccise o prese, arricchì*

**suum ingenti praeda ditavit. Et subacta Africa tunc fuisset,**  
 suum militem ingenti praeda. Et tunc fuisset subacta Africa,  
*i suoi soldati d'immensa preda. E allora sarebbe stata soggiogata l'Africa*

**nisi quod tanta fames erat, ut diutius exercitus expectare**  
 nisi quod erat tanta fames ut exercitus non posset expectare  
*se non ci fosse stata tanta carestia che l'esercito non poteva aspettare*

**non posset. Consules cum victrici classe redeuntes circa Siciliam**  
 diutius. Consules redeuntes cum classe victrici circa Siciliam  
*più a lungo. I consoli tornando con la flotta vincitrice nei pressi della Sicilia*